

3175

C O D I C E S

3176

cantes, quatuor Piçturæ angulis exhibentibus ignitabula illa, quæ torquis diæi articulos constituunt, et in fol. sequente Insignibus *Burgundicis* e regione depictis. In reliquis duabus solus Princeps junior eodem habitu, fituque comparat. Preces ad *Christum*, ejusque Genitricem diriguntur, potissimum privato ingenio elaboratæ, nixæque infidis traditionibus, quæ rubricis *Gallicis* præmittuntur. Ita legas fol. 13. p. 2. *Cest la figure de l'imaige nostre dame ainsy quelle fut presentee au temple la quelle est semblablement figuree et peinte en la cite de losenne (Lausanne) et en la grant eglise de milan. Et quelz lieux la ditte ymaige par la deuote priere des personnes qui de vraie entention et contricion l'ont adouree et requise de quinze pater noster et quinze aue maria a fait plusieurs grans miracles notoires et publiques de puis lan mil. C.C.C.C. et dix &c.* Libellus igitur post hunc annum scriptus, quem ceterum exterior insolita forma commendat.

DCCCCXLI.

870 Codex chartaceus germ. lat. Sec. XVII. Folior. quidem plurimorum 12. quorum tamen non nisi 38. neque ea quidem continenter conscripta sunt, exhibet 1.) Formulas Orationis mane faciendæ germanicæ; 2.) Varios eosque excellentes Affectus Animi ad Deum et Christum latine; 3.) Tractatulum pariter latinum, qui *Consolatio Pusillanimum* insignitur, af-

fectibus permixtus est, et incipit: *Totius sanctitatis fundamentum Conscientiæ puritas est &c.* Videtur peritus Asceseos Magister successu temporis plurâ in hunc Codicem referre voluisse.

DCCCCXLII.

Codex membraneus germ. lat. 865 Sec. XVII. Folior. 139. 12. quorum tamen multa vacua, currente sed nitido calamo exaratus, Precatorius est, continetque Orationes tempore Missæ persolvendas, et Exercitia ad sacram Communionem germanicæ; latine vero VII. *Psalms de Poenitentia* dictos cum variis aliis piis Meditationibus. Fol. 100. ad finem Precum germanicarum adjectæ sunt Lineæ 4. arcanis Literis ex earum genere, quæ diversis Quadrati lateribus repræsentantur, ita tamen, ut primarum 9. literarum Figuræ binis punctis, secundarum 9. uno puncto insuper insigniantur; 6. vero ultimæ punctis careant. Exempli causa:

A. .|. K. .|. T. .|.

Textus vero hic cryptographicus nihil nisi adspirationem ad Deum continet.

DCCCCXLIII.

Codex membraneus germ. Sec. 961 XIV. Folior. 216. 4. caractere luculento exaratus, inscriptionibus et literis initiorum vel picturatis, vel auro ita fulgentibus, ut vel hodie liquatum credas, præterea Iconibus XVII. grandibus Pas-

3177

LITURGICI.

3178

Passionem Christi praecipue referentibus admodum vividis insignis, *Precatorius* est, adornatus usui cujusdam Ducum *Austriacorum*, qui fol. 18. p. 2. in prima Icone Sacrificio Missae adesse videtur flexis genibus, et inferne adstituto Scuto gemino, quorum dextrum 5. Aves, quas hic *Aquilas* potius dicas, quam *Alaudas*, exhibet, alterum fasciatum est, ut solet. Atque haec Scuta redeunt fol. 62. Is porro est Ordo Libri: Preces miscellae intermixtis *Psalms*, partim e Latino versae, quarum multae ad susceptionem V. Sacramenti pertinent. *Articuli*, ut inscribuntur, LXV. sive Orationes de Passione Christi autore *Jordano O. Erem. S. Aug.* qui a. 1380. apud nos obiit, in VII. Horas canonicas distributae. Officium Diei paschalis. Multa ex *Anselmo*, *Bernardo*que versa de Passione Domini et B. V. Maria. Officium de Passione Domini, et de ejus Matre, utrumque duplex. Preces ad varios Coelites. Psalmi de *Poenitentia* cum Litanis OO. SS. Atque in his Pietatis Exercitiis plus solidi affectus et faporis est, quam in multis aliis tardius conscriptis. Ampla praeterea seges dictionum antiquatarum pro Glossario *Austriaco*. Ita *Femrig* lamentabilis, *Vermailigt* pollutus, *Sunden* peccare, *Laidigen* offendere, *Vingerl* anulus, *Erbuelung* Refrigerium, *Hailbertichleich* salubriter, *Purd* partus, *Anweigung* tentatio, *Verspurzen* conspuere, *Emplozzen* nudare, *Irrsal* error, *Anpitter* supplex, Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

Ebenwesen ejusdem substantiae, *Trachait* acedia, *Drüszel* rostrum, os, *Stockben* compedibus induere &c. Anno 1583. Codex fuit *Magdalenae de Hörberstorff* (Stirpis Styriacae nunc extinctae) natae de *Rattmanstorff*, ut ipsa ad fol. 88. testatur.

DCCCCXLIV.

Codex membraneus germ. Sec. 69 XV. Folior. 108. f. caractere unciali scriptus et coloribus illustratus est *Collectio variarum Precum*, quarum potiores breviter commemorare visum est. Praecedit *Calendarium*. Januarii dies V. vocatur *Der prebem obent*, XII. *Die ausfuerung gots von egipten*. Februarii I. occurrit *Sand preyd ein ivnchfraw*, IV. *Sand seld ein pischolf*. Idem repetitur XXI. Martii. VII. *Der viertzig ritter tag*, X. *Der viertzik martrer tag*. Ad calcem hujus mensis legitur: *Uermercht. das dy Edel vnd wolgebarnne fraw. fraw Margreth Greffynn ze Kurbaw vnd fraw ze Layfnycz gestarben ist des Sambstags noch vnser lieben frawn Chündung Alsman schreibt von cristi gepuerd XIIIII. Jar darnach in dem ayn vnd tzwaintzigistem jar. Litera dominicalis fuit E. Matrona haec filia fuit *Caroli Torquati* Comitis de *Corbavia* et *Lycka*, uxor *Ladislai Banfii* de *Lofoncz*. Hungarice igitur *Lofoncz* pro *Laysnycz*. Mensis Maji VIII. *Sand Stenzla ein martrer*. XXX. *Sand Selig ein pabst*. Junii XXII. *Der czeben tausent ritter tag*. Julii XV. *Die plant-**

U u